(Icica) unifoliatum Spruce.	obsc. p. p.	H^m mit unlöslichem Inhalt.
venosum Engl.	obt. p. p. et lin.	verschl. Ep., zartw. H^o und Risse.
(Marignia) obtusifolium Coms.	epunct.	
Bursera bicolor Engl.	epunct.	verschl. Ep.
cuneata Engl.	epunct.	
gummifera Jacq.	obt. p. p.	verschl. Ep.
Karwinskiana Engl.	epunct.	
leptophloeos Mart.	obt. p. p.	verschl. Ep.
Martiana Engl.	cpunct.	verschl. Ep.
sessiliflora Engl.	epunct.	verschl. Ep.
Cannarium commune L.	obt. min. p. p.	verschl. Ep., die Punkte von zartw. H^o wie bei *Protium*.
denticulatum Bl.	epunct.	H^o spärlich.
hispidum Bl.	epunct.	verschl. Ep., H?
Kipella Bl.	obt. p. p.	verschl. Ep.
littorale Bl.	obt. p. p.	verschl. Ep.
purpurescens A. W. Benn.	obt. min. p. p.	verschl. Ep., H^o
secundum A. W. Benn.	obt. p. p.	verschl. Ep.
strictum Roxb.	epunct.	verschl. Ep.
Santiria Beccari Engl.	epunct.	
bornensis Engl.	epunct.	
glabrifolia Engl.	epunct.	
Griffithii (Hook.) Engl.	epunct.	
mollis Engl.	epunct.	
multiflora Benn.	epunct.	
Crepidospermum rhoifolium Planch	obt. p. p.	verschl. Ep.
Trattinickia burseraefolia Mart.	obt. p. p.	zartw. H^o wie *Protium*
Hedwigia balsamifera Swz.	obt. p. p.	verschl. Ep.

(Fortsetzung folgt.)

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XIX.

(Fortsetzung.)

734. *Pertusaria placentiformis* Müll. Arg.; *P. communis* v. *placentiformis* Montgn. et v. d. Bosch. in Montg. Syll. p. 361 et

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03549-0301-8

Lich. Javan. p. 56; *P. leioplaca* v. *placentiformis* Müll. Arg. L. B. n. 427; extus similis *P. depressae*, sed verrucae majores, 2 mm. et ultra latae, vertice latius depresso-concavae, in depressione ostiolis pluribus fumoso-nigricantibus, non impressis nec emergentibus et hinc inde maculari-confluentibus ornatae; sporae 2-nae v. saepius 4-nae in ascis, illae circ. 180 μ, hae autem circ. 110 μ longae, omnes elongato-ellipsoideae, intus valide costulatae. — Sporae multo majores quam in comparata specie et intus haud laeves. — Corticola in insula Java: Junghuhn.

735. *Pertusaria phaeostoma* Müll. Arg.; similis europaeae *P. Wulfenii*, sed tota albida, dense albido-verrucigera; verrucae vertice profunde depresso-concavae et ostiolis olivaceo-nigrescentibus late confluentibus ornatae, marginibus valde turgidis obtusis subcrenatis v. undulatis praeditae; sporae in ascis 8-nae, subbiseriales aut oblique imbricativo-1-seriales, magnae, circ. 120—135 μ longae et 40—46 μ latae, intus laeves. — Corticola prope Apiahy in Brasilia: Puiggari, sine no.

Pertusaria achroiza Nyl. in Prodr. Nov. Gen. p. 36; sporae laeves; in Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 499 (pr. p.) et 2125 in ramis Araucariae.

§. 6. *Leioplacae.* Verrucae hemisphaericae aut subglobosae, basi variae, apice obtusae aut deplanatae (non depresso-concavae), varie sparsim (non confluentim) ostioligerae; ostiola non depressa.

a. *Albidae.*

736. *Pertusaria rudis* Müll. Arg.; thallus vix nisi vestigiis albis disperso-leprosis evolutus; verrucae $1^1/_2$—2 mm. latae, sat regulares, alte hemisphaericae, vertice rotundato-obtusae, albae, undique ruguloso-scabrae, 3—5-carpicae; ostiola in vertice verrucarum conferta, latiuscula, nigra, prominentia; sporae in ascis 8-nae, 75—85 μ longae et circ. 32 μ latae, intus laeves. — Thalli vestigia in specimine viso plus minusve vegetatione algina fusca impura facta sunt. Nulli cognitarum arcte affinis est. — Ad saxa arenacea in Brasiliae montibus Morro de Itambé prope Apiahy: Puiggari n. 2176.

737. *Pertusaria ochrostoma* Müll. Arg.; thallus cinereus, tenuis, effusus, laevis et ruguloso-verrucigerus; verrucae 1—$1^1/_2$ mm. latae, hemisphaericae, nonnihil obtuse gibboso-inaequales, caeterum laeves, obtusatae aut vertice obsolete depressae, paullo flavescenti-cinereae, ostiolis parcis sparsis validis late conico-emergentibus undique ochraceo-carneis ornatae; sporae in ascis

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03549-0302-4

4-nae, circ. 140 μ longae et 35 μ latae, intus transversim costulatae. — Planta ostiolis ad *P. ochrothelizam* accedit, sed verrucae ut in *P. leioplacoide*. — Corticola in Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 2240, et prope Rio de Janeiro: Glaziou (sine no.).

738. *Pertusaria anisospora* Müll. Arg.; thallus laevis v. leviter rugosus, demum (radiatim) rimulosus et asperulus, cum verrucis ex albido v. nonnihil flavescenti-albido demum saepius modice rubens; verrucae hemisphaericae, obtusae, bene evolutae truncato- v. deplanato-obtusae, demum saepe subrugulosae, sparsim ostioligerae; ostiola pallida, in verrucis melius evolutis demum crassiuscula et mamillari-prominula, demum carneo-rosella; sporae in ascis 4-nae, insigniter inaequales, inferiores duae reliquis vulgo multo (usque duplo) longiores v. abortu superiorum tantum 2-nae aut solitariae, 100—180 (75—250) μ longae, 27—35 μ latae, longiores ambitu angustae, omnes intus valide costulatae. — Minus evoluta a *P. leioplacoide*, cujus sporae etiam saepe in eodem asco non parum variant, aegre nec nisi quadam rigiditate et ostiolis hinc inde evolutis multo majoribus et valide prominulis discernenda est, sed melius evoluta colore rubente, verrucis demum depressulis et praesertim ostiolis facile distinguitur. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou (pluries sine no.) et prope Caracas: Dr. Ernst.

— — v. *subflavens*; thallus et verrucae leviter flavescenti-albidae, hae depressulae et medio concaviusculae; ostiola pallida. — Cum praecedente prope Rio de Janeiro: Glaziou.

— — v. *major*; thallus subflavescenti-albus, rimulosus, caeterum laevis; verrucae 2—3 mm. latae, sat regulariter orbiculares, depresso-hemisphaericae et late truncato-subconcavae. — Sporae omnium var. conveniunt. — Habitu ad *P. subdepressam* accedit, ubi ostiola in depressione melius circumscripta magis conferta, nec mamillari-prominula. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou (sine no.).

739. *Pertusaria leioplacoides* Müll. Arg. L. B. n. 342, ubi characteribus addendum: verrucae laevigatae, demum truncato-obtusae v. vertice paullo depressae aut planiusculae; ostiola non prominula v. demum leviter mamillari-prominentia; sporae magnitudine in iisdem apotheciis vulgo valde ludentes, 90—170 μ longae. — Hodie sequentibus formis cognita est:

— — v. *neilgherrensis*, thallus flavescenti-albidus, tenuis, rugoso- et tuberculoso-inaequalis, margine zona latiuscula discolore fulva nitida cinctus; verrucae depresso-hemisphaericae,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03549-0303-0

circumcirca gibboso-irregulares, sparsim pallide ostiolata; sporae in ascis 2-nae, circ. 150—200 μ longae et 30—33 μ latae, valide costulatae. — Similis v. *mendaci*, sed flavescenti-cinerea, ambitu insigniter zonata. — Corticola in montibus Neilgherries Indiae orientalis: Ziegler.

— — v. *major;* thallus cum verrucis cinereo-albidus et undulato-rugosus v. hinc inde rugoso-granularis; verrucae $1^1/_2$—$2^1/_2$ mm. latae, v. duplices et triplices majores, plano-convexae et demum medio latiuscule et irregulariter depressulae et undulato-subconcavae, pallido-ostiolatae; sporae in ascis 2-nae (raro et ternae), 150—210 μ longae et 30—40 μ latae. — A var. *mendace* differt thallo haud laevi et verrucis amplioribus magis depressis. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou (sine no.).

— — v. *mendax; Pertusaria mendax* Müll. Arg. L. B. n. 343; thallus cinereus, laevis; verrucae 1—$1^1/_2$ mm. latae, nano-hemisphaericae, supra planiusculae v. demum undulatim subconcavae, basi a thallo limitatae; sporae in ascis 2-nae, circ. 130 μ longae, ut in tota specie valide costulatae. — Corticola prope Tokio in Japonia: Dr. Brauns n. 12.

— — v. *enucleans*; thallus glauco-albus, tenuis, continuus, leviuscule granuloso-inaequalis, demum fissurino-rimulosus; verrucae 2—3 mm. latae, nano-hemisphaericae, 3—7-carpicae, vertice demum secedente late apertae, intus undique et extus pro parte pallide roseae; sporae in ascis 4-nae, circ. 95 μ longae (v. subinde binae et tum 130—145 μ longae et ambitu angustiores). — Corticola in Brasilia prope Apiahy: Puiggari (sine no.).

— — v. *confirmans*; verrucae aliae hemisphaericae, rotundato-obtusae aut leviter concavae, aliae depressae, supra planiusculae aut leviter concavae, omnes cum thallo laeves et cinereo-albidae, sparse ostioligerae; ostiola minuta, demum nigrescentia; sporae in ascis 4-nae, 110—140 μ longae, circ. 30 μ latae, valide costulatae. — Verrucae formam magis convexam varietatum sequentium cum magis depressa praecedentium in clare eodem thallo bene conjungit. Ostiola pro parte v. demum omnia nigrescentia ut in var. *decipiente*, quae in reliquis varietatibus omnibus pallida sunt. — Lignicola in Brasilia: prope Apiahy: Puiggari n. 499 pr. p.

— — v. *plicatula*; thallus cum verrucis cinereus, sublaevis; verrucae hemisphaericae v. demum vertice deplanato-depressae, undique e laevi demum plicis irregularibus hinc inde subtuberculiformibus subrugosae; sporae 4-nae, 125—190 μ longae,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03549-0304-6

15—35 μ latae. — Corticola in Paraguay: Balansa; in Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 2524, nec non in Nova Hollandia austro-orientali ad Parametta: Woolls (antea hanc pro *Pertusaria Quassiae* habui).

— — — f. *subfastuosa*; ostiola pro parte monstrose evoluta et Biatorinam albido-carneam demum fuscescentem simulantia. — Sporae apotheciorum normalium bene cum specie conveniunt. — Corticola in Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 2656.

— — v. *decipiens*; verrucae obtusae aut demum modice deplanatulae aut leviter concavae; ostiola sparsa demum nigrescentia; sporae 4-nae. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 1962 (*Pertusaria leioplaca* v. *trypetheliiformis* Krplh. Lich. Glaz. p. 29, non Nyland.); prope Apiahy: Puiggari 499 pr. p., in insula Cuba: C. Wright II. 160.

— — v. *rhodiza*; *Pertusaria rhodiza* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 37; propter ostiola e roseo v. rubente demum fuscescentia medium tenet inter v. *tetrasporam* et *decipientem*. — Habitus et reliqui characteres conveniunt. Verrucae dein superficie paullo inaequales fere ut in var. *plicatula*. — Corticola in Nova Granata ad Villeta: Lindig. n. 2670.

— — v. *tetraspora*; sporae 4-nae; ostiola pallida. — Haec est forma vulgaris speciei sub *P. leioplacoide* Müll. Arg. L. B. n. 342 descripta. — Corticola in Brasilia vulgaris, prope Apiahy: Puiggari 1394, 2524 b, c, 1061, 499, et prope Rio de Janeiro: Glaziou 1962 et pluries sine no., ad Rio dos Contas in prov. bahiensi: Martius (in hb. Mon.); in Nova Granata: Lindig. n. 889, ad Caracas: Dr. Ernst, in insula Cuba: Ch. Wright n. II. 159, 168, et Guadeloupe: Husnot n. 483, et in Florida: Sprague.

— — — f. *fastuosa*; non differt nisi ostiolis monstrose evolutis ampliatis in discum patellarem *Lecanoram* aut *Gyalectam* simulantem, pulchre carneum v. demum fuscum et mollem, $^2/_3$—$1^1/_2$ mm. latum evolutis. — Sporae apotheciorum normalium intermixtorum omnino conveniunt. — Corticola prope Apiahy: Puiggari n. 2300, 1667.

— — — f. *obfuscata*, verrucae (vetustate? aut potius urina quadam?) ferrugineo-obfuscatae, e hemisphaerico demum depresso-convexae; ostiola e pallido rufescentia et demum nigrescentia. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 2195 (*Pertusaria tuberculifera* f. *minor* Krplh. Lich. Glaz. p. 28), 7115, et sine no. et dein 6337 (quae *Pertusaria Quassiae* v. *infuscata* Krplh. Lich. Glaz. p. 28).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03549-0305-1

— — v. *octospora*; thallus subflavescenti-cinereus, rugulosus; verrucae hemisphaericae, alte convexae, sublaeves, sparse primum pallide dein fuscescenti-pluriostiolatae; sporae in ascis 80—90 μ longae et 30—35 μ latae, 1-seriales et costulatae. — Corticola prope Rio de Janeiro: Glaziou (sine no.), et in cortice Chinae (ex hb. Hampeano).

740. *Pertusaria Sclerotium*; *Trypethelium Sclerotium* Fée Ess. p. 68; *Porina Sclerotium* Fée Ess. Suppl. p. 74; thallus nonnihil flavescenti-albidus, sat tenuis, e laevigato rugulosus et granulato-subrugosus, hypothallo nigro insulari-interruptus; verrucae 1 mm. latae, alte hemisphaericae, obtusae, basi acute circumscriptae; regulares aut demum collabescendo-angulosae, decorticatione mox superne hygrophano-corneae et thallo obscurius tinctae, 2—4-ostiolatae; ostiola pallida, demum fusco-nigrescentia, mediocria et majuscula, superficiem attingentia; sporae in ascis linearibus 1-seriales, evolutae 4-nae (v. hinc inde simul et 2-nae), 70—88 μ longae, 27—32 μ latae, intus subtiliter transversim costulatae. — Verrucae madefactae non duriores sunt quam apud reliquas species generis. — In cortice *Cinchonae lancifoliae* in Peruvia: Mutis (v. specim. orig.).

741. *Pertusaria tetrathalamia* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 37, Observ.; *Trypethelium tetrathalamium* Fée Ess. p. 69; *Porina tetrathalamia* Fée Ess. Suppl. p. 73; thallus nonnihil flavescenti-albidus, tenuis, laevis, demum obsolete rugulosus v. subverruculosus; verrucae cum thallo concolores, 1—1$^1/_5$ mm. latae, regulariter hemisphaericae, basi a thallo limitatae, laevigatae, sparse 4-(2—6-)ostiolatae; ostiola hyalina, subindistincta v. demum nigrescentia, haud emergentia nec impressa; nuclei vulgo 3—5, carnei; sporae evolutae 8-nae (v. hinc inde 6-nae et 5—4-nae), in parte inferiore ascorum biseriales, hyalinae, 65—100 μ longae et 27—35 μ latae, intus laeves v. demum subtiliter costulatae. — A *P. leioplacella* differt verrucis laevigatis et sporis majoribus, a *P. mesotropa* colore partium nonnihil flavescente et sporis normaliter 8-nis subbiserialibus, et dein a *P. minore* verrucis magis polycarpicis, leviter majoribus, thallo minus laevi et minus albido. — In Cortice *Cinchonae lancifoliae* in Peruvia: Mutis (v. specim. orig.).

742. *Pertusaria confundens* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 39, sporas offert in ascis bene evolutis 2-seriales, intus laeves; ostiola prominula more flavescentis *P. texanae*, sed minus alte emergunt. — A *P. leioplaca* praeter irregularitatem verrucarum

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03549-0306-7

praecipue sporis (pro octonis) magnis differt. — In Nova Granata: Lindig n. 2574.

743. *Pertusaria leioplaca* Schaer. Spicil. p. 66. — Sporae in ascis 4-nae, intus laeves. — Corticola in montibus Neilgherries Indiae orientalis: Ziegler. — Aliunde e regionibus tropicis aut exoticis hanc formam genuinam non accepi, et illae plantae quae e tropicis et subtropicis vulgo pro *P. leioplaca* habentur pro maxima parte ad *P. leioplacoidem* et *P. depressam* relegandae sunt.

— — v. *turgida;* verrucae turgido-subglobosae, mediocres, laeves, basi distincte constrictae, vertice rotundato-obtusae aut leviter deplanatae; sporae 4-nae, circ. 100 μ longae. — Corticola in Nova Granata: Lindig n. 2700, et (parcissime inter alias) prope Rio de Janeiro: Glaziou (sine no.).

— — v. *pycnocarpa* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 37, prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 1697.

— — v. *octospora* Nyl. Scand. p. 182; in tropicis et subtropicis late distributa est: in Mexico ad Orizabam: Fr. Mueller; in Guadeloupe: Husnot n. 482; in Nova Granata prope Bogotam: Lindig n. 2706; in Brasilia prope Apiahy: Puiggari (sine no.), et prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 1907 et sine no.; in insula Bourbon: Mézières-Lepervanche; in Ceylonia: Thwaites; in Tasmania (ex hb. Hamp.); in Australia pluribus locis.

— — v. *planior;* thallus glauco-cinereus, plicato- et rimuloso- et minutissime tuberculato-exasperatus; verrucae pro specie latiusculae, convexo-depressae, margine caeterum sat bene circumscriptae; ostiola numerosiuscula et pallida; sporae in ascis 8-nae, 68—80 μ longae et 30—35 μ latae. — Verrucae similes iis *P. leioplacoidis* v. *mendacis.* — Haec prima fronte differt a reliquis varietatibus verrucis distincte latioribus et paullo planioribus, attamen non magis a forma genuina speciei recedit quam var. *mendax* et var. *major* a forma genuina *P. leiocarpoidis.* — Corticola in Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 499 pr. p. et sine no.

744. *Pertusaria cubana* Müll. Arg.; thallus argillaceo-albus, tenuis, margine linea nigra cinctus, continuus et laevigatus, planissimus, demum parce rimulosus et verrucis nano-hemisphaericis concoloribus inspersus; verrucae circ. 2 mm. latae, obtusae, plus minusve verrucis more thalli at minus prominentibus praeditae, superficie caeterum laeves, centro 1—3-ostiolatae et ibidem demum detergendo-rosellae; ostiola 1—3 ipsa dupliçia

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03549-0307-3

v. triplicia, i. e. nucleis 2—3 correspondentia, carnea; sporae in ascis 8-nae, subuniseriales, 75—85 μ longae et 25—30 μ latae, intus laeves. — Ex habitu proxima *P. leioplacae*, sed thallus laevior, verrucae peculiariter sed obsolete verruculigerae, ostiola aliter distributa, fere ut in *Pustulatis* et in *Depressis*, at non emergentia et verrucae medio non depresso-concavae. A *P. dehiscente* recedit verrucis majoribus et ostiolis. — Corticola in insula Cuba: Ch. Wright II. 172.

745. *Pertusaria leucoplaca* Müll. Arg.; thallus cum verrucis cinereo-albus, tenuis, continuus, laevis, demum obsolete rimulosus; verrucae circ. $1^1/_4$ mm. latae, hemisphaericae, sat regulares, sublaeves et opacae, vertice obtusae, basi subconstrictae, apice 1—3-ostiolatae; ostiola pallide nigrescentia, haud emergentia; sporae in ascis biseriales aut subbiseriales, 8-nae, 50—70 μ longae et 20—28 μ latae, intus laeves. — E forma partium et sporis intus laevibus fere pro *P. leioplaca* v. *octospora* sumenda, sed tota albior et sporae in ascis biseriales. — Corticola in truncis *Araucariae* prope Apiahy in Brasilia: Puiggari n. 2128.

Pertusaria Woollsiana Müll. Arg. L. B. n. 500; sporae intus laeves; corticola in Australia ad Parametta: Woolls.

(Fortsetzung folgt.)

Personalnachricht.

Am 18. Mai d. J. starb in Breslau im 84. Lebensjahre der Geh. Medicinalrath Prof. Dr. Heinrich Robert Goeppert, Director des botanischen Gartens daselbst.

Anzeigen.

Verlag von **Friedrich Vieweg und Sohn** in **Braunschweig.**
(Zu beziehen durch jede Buchhandlung.)
Soeben erschien:

Thomé, Prof. Dr. Otto Wilhelm, Lehrbuch der Botanik für Gymnasien, Realgymnasien, Real- und Bürgerschulen, landwirthschaftliche Lehranstalten u. s. w. sowie zum Selbstunterrichte. Mit ca. 600 in den Text eingedruckten Holzstichen und einer pflanzengeographischen Karte in Buntdruck. Sechste verbesserte Auflage. gr. 8. geh. Preis 3 M.

Eine Arnold'sche Pilz-Sammlung
Lieferung 1—22
billigst zu verkaufen. Offerten an die Expedition dieses Blattes zu richten.

Redacteur: Dr. **Singer.** Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei **(F. Huber)** in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03549-0308-9

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1884

Band/Volume: 67

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 299-306